THESE CIRCULARES EX IURE EVANGELICORUM ECCLESIASTICO DE ECCLESIIS...

Johann Jacob Moser, Johann Georg Krause, Valenti Gonzaga





Thesis 1.

Ecclesia hic sumitur pro Communione & nexu intuitu rerum Divinarum inter plures personas Divinitatis cuiusdam existentiam agnoscentes eandemque colentes.

Th. 2.

Dantur plures eiusmodi Ecclesiæ, in maximi momenti rebus à se invicem discrepantes, omnes tamen in eo conspirantes, non nisi unicam veram dari Ecclesiam.

Th. 3.

Vera Ecclesia est, fatentibus itidem omnibus, cuius Doctrina, Regimen, cultus externus & Jura Ecclesiastica conveniunt cum voluntate Divina.

Th. 4.

Th. 4.

In applicatione vero huius Theseos tot occurrunt difficultates [illegible] um humanum, in quo omnes acquiescan[illegible] uam sit expectandum.

Th. 5.

Nostro iudicio [illegible] Christianæ Ecclesiæ, voluntati Dei [illegible] Veteris atque Novi Testamenti revelatæ innitenti, veræ Ecclesiæ nomen competet

Th. 6.

[illegible] e est vel invisibilis, vel visibilis & magnum intercedit discrimen inter Communionem externam Ecclesiasticam & inter Communionem internam sive Spiritualem.

Th. 7.

Ecclesiam invisibilem constituunt omnes Renati omnesve ii, qui sunt viva & vera membra Corporis, cuius Caput est Christus.

Th. 8.

Ecclesiam vero visibilem constituunt omnes ii, qui ore Sacram Scripturam Veteris atque Novi Testamenti pro Verbo Dei atque Voluntate Ejusdem revelata habent, ad eiusdem observantiam obstrictos se agnoscunt & per Jesum Christum salvari cupiunt.

Th. 9.

Maxima Ecclesiæ visibilis pars ad Ecclesiam invisibilem referri nequit.

Th. 10.

Solus Deus no[illegible] i five ad hanc five ad illam [illegible]

Th[illegible]

Christianorum agmen [illegible] ditur partes, scilicet Ev[illegible] Catholicorum atque Græ[illegible]

Th. 12.

Has inter Ecclesiam Evangelic[illegible] solum Verbum Dei fundamenti loco ponat, & quantum nos intelligimus, ad mentem S. Spiritus & explicet & applicet, reliquis præferimus eandemque solam pro vera Dei Ecclesia externa agnoscimus.

Th. 13.

Falsarum ergo Ecclesiarum in numero habemus non coetus solum 1. Ethnicorum, 2. Muhamedanorum & 3. Judæorum post tempora Christi, verum & 4. Romano-Catholicorum.

Th. 14.

Sed Ecclesia quoque Evangelica patitur divisionem in Evangelicam specialiter sic dictam atque Evangelico-Reformatam.

Th. 15.

Autor harum thesium Ecclesiæ specialiter Evangelicæ ore & corde addictus non potest non palmam eidem tribuere, neque nihil interesse credit, cum quo & quid sentias? experi-

...oque dissimula-
...que moderatos u-
...scere.

...gionem (partim secun-
...dum illa principia,) pro-
...gna Britannia, 2. Hiber-
...ertum, 4. Pars & Germa-
...iæ, 6. & Hungariæ, & 7.
... 8. Poloniæ, 9. Porussia, 10.
...orvagia, denique & 11. Suecia,
... cum Colonias harum Gentium Asiaticas, Africanas, Americanas, tum ea Regna, ubi vel plane nullus vel rarior Evangelicus cultus est publicus, taceamus.

Th. 17.

Tribuitur huic Ecclesiæ nomen 1. resp. Evangelicæ & Evangelico-Reformatæ,

Th. 18.

2. Augustanæ Confessioni addictorum,

Th. 19.

3. Protestantium,

Th. 20.

4. Resp. Lutheranorum, Zwinglianorum atque Calvinianorum, ipsis tamen Evangelicis ægre has tres postremas Denominationes ferentibus easdemque in Actis publicis non admittentibus.

In exteris R[illegible] [illegible]iiæ &
resp. Helveticæ Co[illegible] [illegible]nt.

Utraque Ecclesia[illegible]
stinis laborat, tristesc[illegible]
rum & Pietistarum, Rem[illegible]
tra-Remonstrantium, Episco[illegible]
terianorum &c. mentionem.

Th.

Num quis pro Membr[illegible]o Ecclesiæ Evangelicæ sit habendus? judicium sibi sumere nequeunt aliis Ecclesiis addicti.

Th. 24.

Neque idem competit particulari alicui, vel particularibus nonnullis Ecclesiis Evangelicis, quoad has scilicet ita, ut Decisionis eiusmodi effectus se protendat ultra illius vel illarum Ecclesiarum limites.

Th. 25.

Pro Membris Ecclesiæ Evangelicæ in foro reputari debent, qui Augustanæ Confessioni se addictos profitentur, licet Formulæ Concordiæ aliisve Libris symbolicis subscribere recusent.

Th. 26.

Quot sunt Territoria separata Evangelicæ Religioni addicta, totidem in sensu Juridico sunt Ecclesiæ Evangelicæ particulares à se invicem independentes;

Th. 27.

Etsi m sponte interdum in qu ssam faciant;

mano-Germanico iun- suas contra Romano-

Th. 29.

pectu Respublica civilis & Eccle- m idemque Corpus constituunt, mo- &c

30.

Distinctio Membrorum Ecclesiæ in Docentes & Auditores utique est fundata.

Th. 31.

Sed & ea, quæ in Docentes, Magistratus & communia Membra Ecclesiam dividit, tolerari potest.

Th. 32.

Quicquid sit de pristino statu & Jure, Ecclesia hisce temporibus vix ullibi est Collegium constans ex Membris æqualibus.

Th. 33.

Ecclesiam universam in certis casibus per nonnullas Personas repræsentari, si de facto sermo sit, indubium est.

Th. 34.

Ecclesia externa commodis Ecclesiæ invisibilis non obstet, sed promoveat potius eadem.

Th. 35.

Ecclesiæ Evangelicæ partim necessaria plane passim opus habent medela in Regimine Ecclesiastico, Cultu Divino, Juribus denique Ecclesiasticis, partim ad perfectiorem saltem longe statum in externis & possent & deberent deduci.